





7.

18


DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA

DE

FEMINA MERCATRICE

AD

Tit. VIII. P. II. Art. I. Iuris Hamburgensis



QVAM

A VCTORITATE

ILLVSTRIS IN ACADEMIA FRIDERICIANA  
IVRECONSULTORVM ORDINIS

PRAESIDE

DN. IOHANNE CHRISTIANO  
QVISTORPIO

SERENISSIMO DVCI REGNANTI A CONSILIIIS IVSTITIAE, IVRIS  
VTRIVSQVE DOCTORE ET PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO  
ET AD HVNC ACTVM DECANO

PRO LICENTIA

SVMOS IN VTROQVE IVRE HONORES  
RITE IMPETRANDI

H. L. Q. C.


ANNO MDCCLXXIX DIE XXI DECEMBRIS

PUBLICAE ERVDITORVM DISQVISIONI  
SVMMITTE

A VCTOR

DANIEL REIMBOLD

HAMBVRGENSIS.



BVETZOVII, 1779.

P. 264



DISSERTATIO IN ACADEMIA HAMBURGENSIS  
DE  
FEMINA MERCATRICE

AB ANNO DOMINI MDCCLXXXIX

IN ACADEMIA HAMBURGENSIS  
PUBLICIS DISPUTATIONIBUS  
PRO LICENTIA  
AD DOCTORATUM  
CIVILEM  
CANDIDATI  
D. JOHANNIS CHRISTIANO  
QUASTORPIO

PRO LICENTIA  
AD DOCTORATUM  
CIVILEM  
CANDIDATI  
D. JOHANNIS CHRISTIANO  
QUASTORPIO

ANNO DOMINI MDCCLXXXIX  
DIE XXII DECEMBRIS

DANIEL RIMBOLD  
HAMBURGENSIS

HAMBURG 1789

*1789*




# INGRESSVS.



Accipe fronte, si placet, serena, *Benevole Lector* *Dissertationem inauguralem, seu Meditationes et primitias studiorum, quas Tibi iam sub Rubro; de femina Mercatrice ad Ius Hamburgense P. II. Tit. VIII. art. 1. humanissime offero.* Quamvis enim iis, qui primum Iuris scientiae specimen in lucem edunt, in eo vel maxime videatur elaborandum, vt Iuris Communis praecepta omnia, quantum fieri potest. quam accuratissime percepta, habeant, non tamen Ius patrium in rerum facili numero erit habendum. Quid turpius esse potest homini germano, Reipublicae destinato et forrassis causas in foro acturo, quam Ius, in quo versatur, ignorare. Equidem iam *b. IOANNES SAMVEL STRYCKIUS* in erudita *Dissertatione de jure singulari feminarum Hamburgensium Halae 1702,* quae extat inter *ejus Dissertationes juridicas selectas Francofurti et Lipsiae 1750. Vol. I. Disp. 10,* itemque *celebris auctor der Anmerkungen über das Hamburgische Stadtbuch vom Jahr 1703. Hamburg 1768. de femina mercatrice,* praeprimis *Hamburgensi* quaedam maxime notatu digna protulerunt. Insuper alii genuinam notionem feminae mercatricis generatim eruere operam dederunt, inter quos sunt *Argentoratensis* quondam *Antecessor IO. REBHAN* in *Dissert.*

cuius Titulus est : *Hypotyposis et Summaria Delineatio quaestionis, quae uxor mercatrix, eine Kram- oder Marktfräulein sit et proprie dicatur ? denuo recusa Lips. 1748.* et PETRVS SCHVLTZ, *Professor olim Francofurtensis de femina mercatrice 1694*; alii autem ipsa Iura feminae mercatricis, partim in genere, uti *Ill. de SELCHOW in Element. Iuris Germanici*, partim in specie, potissimum secundum *Ius Lubecense* pertractarunt. Ad hos mihi referre liceat *MEVIVM in Comment. ad Ius Lubecense*, *MANZELIVM, Antecessorem hujus Academiae quondam celeberrimum in Dissert. de femina mercatrice, Rostochii 1741. Respondente TONNAGEL et celeb. Dn. D. STEIN, in der gründlichen Abhandlung des Lübschen Rechts.* Nihilominus tamen in eligendo Themate Dissertationis inauguralis praesentem materiam elegi, partim, quoniam, inprimis de femina mercatrice Hamburgensi, quantum scio, specialis Dissertatio, vel commentatio haud extat, partim autem, quia Doctorum opinionibus quoad hanc materiam mea qualiscunque sententia non omnino responderet. Generalia quaedam *de cura sexus legitima et dativa* praemissi, dum inde exceptiones quoad feminam mercatricem optime explicari possunt, et insuper cum textu Iuris Hamburgensis, quem jam enucleare studeo, maxime coherent. Quod reliquum est, favori tuo *L. B.* me commendo, et enixis contendendo precibus, velis hac vice praesenti eruditionis specimine esse contentus, donec forsitan tempus meliora Tibi dedicare permittent.





§. I.

*Tutela Iure Romano antiquo erat vel pupillaris,  
vel feminarum.*




Quamvis Iure Romano antiquo, quatenus de administratione bonorum sermo erat, officium tutorum et curatorum fere idem fuerit *a)*, et Ius instituendarum actionum *b)*, pecuniae exigendae liberandorumque debitorum *c)*, atque alienationum

*a)* L. 13. pr. D. de excusationibus  
v. „Hoc autem observari oportet, et in  
„datis curatoribus: paucissimis enim di-  
„stant curatores a tutoribus.“

*b)* L. 11. §. 7. D. de except. rei indicat.

*c)* L. 22. C. de pact. in verbis: „Tu-  
„tores enim et curatores exigentes  
„et pupillis et adultis debitum, non  
„etiam remittentes praestant obliga-  
„tionis liberationem.“



nationum curatori eodem modo, quo tutori competeret *d*), stricte tamen loquendo *tutelam* a *curatela* distinguebant Romani. Essentiale enim illius erat educatio *e*), hujus autem administratio bonorum. Inde etiam dicebatur: *Tutor primario datur personae, secundario rei f*); *curator autem tantummodo rebus datur g*). Per consequentiam tamen semper tutor ad universum patrimonium datus intelligebatur, quando se non excusaverat ratione rerum ultra centesimum lapidem in alia provincia sitarum *b*). Interim tutores et curatores Iure Romano adhuc variis modis differebant, potissimum enim pupillis tutor *i*), curator minoribus dabatur *k*). Missis autem differentiis atque distinctionibus in compendiis Digestorum et Institutionum in materia de tutoribus et curatoribus uberius traditis, unius tantum distinctionis mentionem faciam, vi cujus sub Republica libera et primis Imperatorum temporibus tutela alia erat *pupillaris*, id est, quae propter

*d*) celeb. HOFACKER in *Inst. Iuris Romani*, Goet. 1773. Lib. 4. §. 518.

*e*) Inde enim SERVIVS SVLPI-  
CIVS *tutelam* definit per vim et potestatem in capite libero, ad tuendum eum, qui propter aetatem suam sponte se defendere nequit Iure civili data ac permessa. Quam definitionem legalem per L. 1. D. de *Tutel.* et §. 1. *Inst. eod.* confirmatam contra impugnationes quorundam simpliciter defendere, alii autem eius genuinum conceptum enucleare student. vid. GEBAYER de definitione Servii Sulpicii caeteris omnibus anteferenda Goet. 1738. WAGNER de genuino definitionis tutelae intellectu Lips. 1742.

*f*) §. 4. *Inst. Qui Testam. tutores dari possunt.*

*g*) §. 2. *Inst. de curat. L. 20. de R. N. L. 8. C. de Nuptiis.*

*b*) L. 22. §. 2. D. de *excus. v.* „licet „datus tutor ad universum patrimonium „datus est, tamen excusare se potest, „ne ultra centesimum lapidem tutelam „gerat; nisi in eadem provincia pupilli „patrimonium sit, add. §. 17. L. de *excusat. tutor.*

*i*) §. 1. *Inst. de Tutel. §. 5. Inst. de curat.*

*k*) *pr. Inst. de curat. WESTENBERG in principiis Iuris secundum ordinem Digestorum Lib. 27. Tit. 10. §. 26.*



propter aetatem impuberem demandabatur, alia *perpetua feminarum tutela*. Huic olim in feminis a patria potestate jam solutis, quae in manum mariti non convenerant, sine distinctione aetatis, status et dignitatis locus fuit <sup>1)</sup>, nec Romani ullam, ne privatam quidem rem feminas sine auctore tutoris agere voluerunt, quum in manu patrum, virorum, aut fratrum essent. Rationem hujus perpetuae feminarum tutelae fuisse animi imbecillitatem, qua rebus suis plerumque ita praeesse non possunt, solae, sicut diligens pater familias solet, admodum verosimile est. Quam tamen tutelam feminarum Iure romano antiquo *legitimam* tantum et mulieres innuptas inde in fratris, aut agnati proximi tutela fuisse et sic ex legibus duodecim Tabularum originem duxisse, sunt, qui statuunt, aut eam a Graecorum moribus promanasse ad Romanos pluribus docet *b, SCHILTERVS m)*.

## §. II.

### *Cura feminarum majorennium Iure Iustiniano tantum ad luxuriose viventes mulieres restricta.*

Viguit feminarum majorennium haud nuptarum cura longo tempore in republica romana et apud alios quoque populos, potissimum graecos. Sed jure Iustineano haec tutelae, vel curatela species plane desit, ita, ut mulieribus majorennibus in matrimonio non viventibus libera rerum suarum competat dispositio <sup>a)</sup>, et in propria causa in iudicio

com-

<sup>1)</sup> *OTTO de perpetua feminarum tutela Duisb. 1715. celeb. MADIGN in Institutionibus Iuris Civilis Hal. 1764. §. 77.*

<sup>m)</sup> *in Exercitaz. ad Pandectas Ex. 37. §. 222.*

<sup>a)</sup> *L. 6. C. de revocandis donat. in Synzagn. antiquitat. Romanar. Lib. 1. Tit. 13.*



comparendi facultas *b)*. Sic cura feminarum perpetua, olim vitata ad feminas luxuriose viventes Iure nouiori tantum restringitur *c)*. Quamuis autem libidinis saepe comes sit honorum profusio et luxuria, non tamen propter meretricios mores, sed tantum propter luxuriam cum illis forsan coniunctam feminis dictis curator constituendus est. Inde Commentatores ad legem citatam per *luxuriosam mulierem prodigam, non quidem pudoris, sed pecuniarum* in lege intelligendam esse, recte dicunt *d)*.

### §. III.

*Iure Germanico cura sexus adhuc servatur usu et est vel legitima, vel dativa.*

Quamuis Iure Iustiniano mulierum majorennium cura ad feminas luxuriose viventes tantum restricta sit, ab antiquis tamen temporibus in Germania mos invaluit, vt mulieres etiam adultae sub cura essent, et quidem uxores sub cura, id est protectione, seu mundio parentum, vel maritorum, mulieres aliae solutae vero, vel sub potestate patris, vel alius curatoris, etiam *Mundvaldi* dicti *a)*. Haec observantia, vi cuius feminae sub perpetua cura sunt, multis legibus provincialibus et particularibus statutis *b)*, in specie autem *Iure Hamburgensi* confirmatur *c)*.

Dicitur

*b)* L. 4. C. de procurat. v. „Nec ob-  
erit tibi, quod uxor tua interfuit iudi-  
cio, aut etiam acquieuit sententiae:  
cum aliena negotia per mulierem non  
aliter agi possint, nisi in rem suam, et  
proprium lucrum mandatae sint eis  
actiones.

*c)* L. 15. D. de Curat. v. „Et mu-  
lieri, quae luxuriose vivit, bonis inter-  
dici potest.

*d)* BRUNNEMAN ad L. cit. 15. de  
Curat. furiosor.

*a)* HEINECCIUS in Element. Iuris  
Germanici Tom. I. L. I. Tit. 6. §. 132.  
et Tit. 15. §. 357.

*b)* Ill. de SELCHOW in Elementis  
Iuris Germanici p. m. 278. §. 195. n. 3.

*c)* Ius Hamburg. P. I. Tit. IX. art. I.  
„Knaben unter achtzehn Jahren und  
alle Frauen und Jungfrauen, werden  
nach

Dicitur autem *Cura Sexus* facultas lege, seu magistratu concessa feminae majorenni assistendi, ejusque negotiis, quae laesionem inferre possunt, valorem conciliandi d). *Cura autem sexus* potissimum est, vel *legitima*, vel *dativa*. Illa marito e), quamprimum thorum uxoris ingreditur, competit f), cum usufructu coniuncta est, et morte demum cessat g). *Cura autem dativa* dicitur ea, quae a magistratu dependet in femina soluta et vidua mortuo marito locum habens. *Cura Sexus dativa*, vti vel ad omnia negotia vxoris, vel ad singulare tantum negotium pertinet, in *generalem*, seu *perpetuam*, et *specialem*, seu *temporariam* distinguitur. Illa dependet a magistratu, cui femina propter domicilium subest, haec autem ab eo iudicio, coram quo negotium geritur, et sic, eo finito, ipso jure cessat h). Quoad curam specialem constitutio et confirmatio, alias solemnibus haud necessaria est, sed sufficit, si in illo iudicio, coram quo lis peragitur, ad acta redacta et registrata fuit i), quod saltem in foro Hamburgensi ita esse solet k).

§. IV.

„nach unsern Stadt. Recht unmündig gehalten, derwegen sie dann weder Klägers noch Beklagten Stelle im Gerichte vertreten auch vor dem Rathe nichts auflassen können, sondern muß solches durch ihren Vormunde, oder Curatores geschehen oder dasienige, so sie handelen, ist von Rechtswegen Kraftlos und nichtig.

d) Ill. HELLFELD in *Iurisprud. forensi secundum ordinem Pandectarum* §. 1399.

e) Ita enim dicitur in *iure Saxonico Lib. I. art. 45.* „der Mann ist seines Weibes Vormund zu Hand, als sie ihn getrauet ist,

f) COTHMANN, *V. I. c. 8. n. 82.* HEINECCIUS *de marito tutore et curatore uxoris legitimo*, Halae 1720.

g) ENGELBRECHT in *Select. Consultat. R. 50. n. 128.* TENTZEL *de iure maritali*, Erford. 1720.

h) LOBETHAN in *systemate elementari Iurisprudentiae privatae Romano germ.* Halae 1778. Tom. 2. P. I. Sect. 2. membr. 2. c. 1. Tit. 4. §. 870.

i) BERLICH P. I. *Concl. 16. n. 13.*

k) STRYCK in *Dissert. de iure singulari feminarum Hamburgensium* C. 7.

§ 11.

B



## §. IV.

*Vltior descriptio curae Sexus legitimae.*

Cura sexus legitima admodum repugnat dispositioni Iuris communis, vi cuius maritus curator uxoris esse nequit *a)*, et scienter se immiscens infamia notatur *b)*, ne scilicet ob imperium marito competens se subtrahat a rationibus reddendis. Procurator uxoris maritus jure communi quidem esse potest *c)*. Ratio differentiae partim est restrictior potestas procuratoris, quam curatoris, partim autem, quia mandatum procuratoris renocari potest *d)*. Cura autem legitima marito ex Iure Hamburgensi aliisque specialibus statutis competens maxime differt ab illa potestate mariti, qua alias vltu fori communis gaudet. Vi hujus enim marito tantum competit jus, actiones vxoris in commodum societatis matrimonialis dirigendi eamque defendendi *e)*, ast cura sexus germanica longe ampliores limites habet. Propter hanc enim maritus sine mandato, vel ratihabitione vxoris ad res ipsius persequendas, vel defendendas, tam in iudicio, quam extra iudicium, tam quoad actiones reales, quam mere personales admittitur *f)*, bona vxoris sine distinctione inter dotalia et paraphernalia administrat *g)*, nec ad rationes reddendas tenetur.

Resigna-

- a)* §. 19. *Infl. de excusat. tutorum.* „mandatum susceperit, licet maritus sit,  
*b)* L. 4. et 17. C. de excusat. tut. „id solum exequi debet, quod procuratoris ratio emissa praescripserit.  
*c)* L. 27. C. de proenrat. v. „Maritus citra mandatum in rebus uxoris cum solemnī satisfactione et alia observatione intercedendi liberam habeat facultatem, ne feminae persequendae litis obtentu in contumeliam matrimonialis pudoris irreverenter irrumpant et conventibus virorum vel iudicis interesse cogantur. Sin autem
- d)* §. 9. *Infl. mandati.*  
*e)* III. Io. Lud. SCHMIDT in *Institutionibus Iuris civilis.* Ien. 1772. §. 656.  
*f)* Perill. PUFENDORF. in *Observat. Iur. universi* Tom. I. obs. 12.  
*g)* STRYCK de *Iure mariti in bonis uxoris.*

Resignationes et traditiones judiciales tantum per maritum vxoris curatorem legitimum fieri possunt *b)*. Femina, quae legitimae curae subest, nullo modo consensu suo obligatur, nisi mariti, tanquam legitimi curatoris auctoritas illum corroboraret. Sic uxor absque curatore legitimo nec alienare, nec donare, nec remittere potest, quod in specie confirmat *Ius Hamburgense i)*.


## §. V.

*Exempla, in quibus cura Sexus legitima cessat.*

Principium illud, vi cuius maritus legitimus curator vxoris est, saluum manet, nisi haec cum eo litiget, aut ille vxorem deseruerit, vel vxor in rem et commodum mariti contrahat, vel ipse maritus adhuc minor sit et rebus suis superesse nequeat *a)*. Quibus in casibus enim mariti consensus non quidem sufficit, sed curatoris specialis constitutio exigitur *b)*. Quoties vxor ipsi marito aliquid legare cupit, ad hunc actum alium curatorem adsumere debet, quum maritus in causa propria auctor esse nequeat *c)*.

Propter

*b)* FVENDORF c. l. T. 3. obs. 80.*b)* MEVIVS in Comment. ad Ius Lubec. Lib. I. Tit. X. art. III. n. 19 seqq.*i)* *Ius Hamburgense im 3ten Theil Tit. 6. art. 9.* „der Mann ist in alle Wege seiner Frawen rechter Vormund „und mag die Fraw ohne ibres Mannes „Urlaub nichts vergeben, verkaufen, „oder auflassen. s. auch den Tit. 1. art. „13. des 3ten Theils.*c)* Ita in specie statuit *Ius Hamburgense P. III. Tit. VI. art. XI.* „woltz „aber die Fraw ibrem Mann Gut auf „lassen oder geben, oder einige Auf „fassung oder Gab zu seiner behuff voll „borden, oder bestetigen, Darzu mag „der Mann ihr Vormundt nicht seyru „sondern mus die Fraw einen andern „Vormundt darzu erbitten, und so als „dann dieser rechter Vormundt sich solt „ber auflassung ungebürlich wieder „setzen*a)* BARTH in *hodogeth. forensf. p. 93.* BERGER in *Elect. Disc. forensf. T. 8. obs. 5. p. 300.* HOMMEL in *Rhapsöd. Quaest. in foro quotidie obuenientium neque tamen legibus decisarum obs. 266.*



Propter dispositionem Iuris communis, vi cuius in specie maritus vxoris mente captae curator esse non potest d), statuunt Doctores, et quantum video, non sine ratione, curam sexus Iure germanico marito competentem ad curam mente captae, vel furiosae vxoris haud extendendam et in tali casu a magistratu specialem constituendum esse curatorem e). Quoniam *Ius Hamburgense* f) quoad constitutionem curatorum mente captorum et dementium ad statum eorum civilem haud respicit, sed potius sine discrimine sexus et absque vlla distinctione, vtrum scilicet persona furiosa, vel mente capta alteri nupta sit, vel non, constitutionem specialis curatoris requirit, vsum fori communis. secundum quem cura legitima mariti ad vxorem furiosam, vel mente captam trahenda non est, quoque Iure patrio Hamburgensi obtinere non dubito, potissimum, quum ex ejus generali dispositione *Ius Romanum* in integro Imperio Germanico receptum deficiente Iure statuario quoque Hamburgi omnino pro norma maneat g). Quum tamen cura legitima in favorem mariti introducta sit,

nec

„setzen würde, soll solcher zu unsers  
„des Raths erkänntnis stehen, und dar-  
„auff ergeben was Recht ist.

d) L. 14. D. de curat. furios. vi-  
rum uxori mente captae dati non oportet.

e) b. celeberr. STRUBEN in dem  
vierten Theil der rechtlichen Bedenken  
n. 45. FROMMANN de iure furio-  
sor. p. 38.

f) P. III. Tit. VI. art. XI. „Da  
„auch gebrechbaffige Personen gefun-  
„den werden, als unsinnige oder Sinn-  
„lose, Stumme und Taube, desgleichen

„die mit langwieriger Krankheit bela-  
„den und lagerbaff seyn; auch die ihre  
„Güter unnützlich verschwenden, die

„sollen uns gleichfalls durch die Mut-  
„ter, oder wo dieselbe nicht mehr im  
„Leben, durch die nechste Blutsver-

„wandte, bey verlust ihrer erblichen  
„Anwartsung, wie obstelet, angezei-  
„get, und ihnen nach gelegenheit Cu-  
„ratores und Versorger verordnet wer-

„den.“ S. auch P. I. Tit. IX. art.  
VII. Iuris Hamburgensis.

g) *Ius Hamburgense* P. IV. in fine  
„Da auch künftiger Zeit in dieser gu-  
„ten

nec reipublicae interst, vtrum maritus ipse curatela[m] fuscipiat, an alius, pacta dotalia, quibus curatela marito aufertur aliique demandatur, omnino subsistere volunt Doctores *b)*, sed absque consensu mariti alium curatorem vxor nunquam eligere potest, partim, quia tutorem habenti non datur tutor *i)*, partim, quia mulieri alio curatore non opus est, quando non cum marito contrahit, vel in vtilitatem ejus disponit, vel alii casus exceptiones a regula facientes deficiunt *k)*.

### §. VI.

#### *Deficiente cura sexus legitima, femina curatorem petit.*

Mortuo marito viduae et feminae solutae cuicumque majorenni in genere in locis vbi mulieres sub perpetua cura sunt, curatorem eligendi et nominandi, et electum cum alio commutandi facultas competit *a)*. Quum enim mulier petere debeat curatorem *b)*, per notoriam vocis  
*petere*

„ren Stadt sich Fälle zutragen würden,  
„welche in diesem vorgeseztem Stadt-  
„Rechte nicht specificirt, oder davon  
„disponirt und Verordnung gethan: So  
„sollen dieselben, nach gemeinen be-  
„schriebenen kayserlichen Rechten und  
„denen in heiligen Römischen Reich  
„publicirten Constitutionen erörtert  
„werden,


*b)* HUBER in Praelect. ad Pandect.  
Tit. de pact. dotal. MEY. P. 2. Tit. 2.  
a. 2 n. 191. STRYK c. l. c. 1. §. 7. et  
c. 3. §. 4.

*i)* L. 239. pr. de V. S. pr. Inst. de  
Tutel.

*k)* ENGELBRECHT in select. Con-  
sultat. Resp. 50. n. 123. HERING de  
fideiuss. c. 18. n. 55. 56.

*a)* Die Anmerkungen über das Ham-  
burgische Stadt-Buch. Hamburg 1768.  
in der zwoten Abtheilung §. 149.

*b)* Das Hamburgische Stadt-Recht  
„im ersten Tit. IX. art. V. „Der Frauen  
„Vormundt ist ihr Ehemann so lange er  
„lebet, der sie dann im Rechte, als ihr  
„Ebevozt und rechter Vormundt, zaver-  
„treten



petere in sensu nempe Iuris communis sumtae notionem facile patet, non sufficere petere curatorem, sed etiam nominationem necessariam esse *c*). Quando mulier eam differt, ad instantiam actoris sub certa, quadam multa illa iniungitur. Si vero mulier intra praefixum tempus curatorem nec petierit, nec nominaverit, vel plane haud idoneum elegerit, magistratus ex officio constituit curatorem *d*), dum actum alias fieri frustraneum, permittere non debet *e*). Facultas autem nominandi curatorem mulieri competens iure Lubecensi plane cessat, quando maritus expresse in testamento uxori suae curatorem constituerit *f*). Quod ius singulare Legibus civilibus quidem incognitum et iure patrio expresse haud confirmatum propter analogiam Iuris Hamburgensis cum Lubecensi in Patria nihilominus locum habere, et sic maritos Hamburgenses uxoribus curatores in testamento constituendi potestatem omnino habere, haud inepte statuit *b. STRYCKIUS g*). Legitima facta constitutione et coram Senatu subsequuta promissione curatoris, se fidelem opem

„treten schuldig. Wann er aber Todes  
„verfahren ist, und die Fraw im Ge-  
„richte zu klagen hätte, oder beklagt  
„würde: So soll sie ihr einen kriegischen  
„Vormundt zu geben bitten.

*c*) L. 2. §. 2. L. 4. D. qui petant tu-  
tores.

*d*. Das Hamburgische Stadt-Recht  
im ersten Theil Tit. IX, art. VI  
„Würde sie aber als Beklagrinne einen  
„Curatorem ad litem nicht bitten: So  
„soll auf des Klegers ansuchen, ihr bey  
„einer namhaftten Peen, in 8 Tagen  
„einen kriegischen Vormundt zu nomi-  
„niren und zu bitten, aufgelegt, und

„in Verweigerung dessen mit exequi-  
„rung der Peen gegen sie verfahren, und  
„nichts desto weniger ihr ex officio einer  
„von den Procuratorn zum kriegischen  
„Vormundt verordnet werden.

*e*) WERNHER Tit. 1. P. 1. Obs. 199.

*f*) Das Lübeckische Recht. Lib. I.  
Tit. VII, art. IV. „Stirbet jemand,  
„der seinen Kindern und Ebsfrauen kei-  
„ne Vormünder giebt, wann sie nun  
„auch keine Freunde haben, so soll sich  
„niemandt ihrer Vormundtschaft unzer-  
„nehmen, sondern stehet dem Rathe zu,  
„dieselben zu geben und zu bestätigen,  
*g*) c. l. c. 9, 10.



opem mulieri praefiturum et comoda eius pro virili promoturum sequitur confirmatio et super hac conficitur decretum, seu *curatorium*, quo postea curator in omnibus negotiis suam personam rite legitimat *b*).

### §. VII.

#### *Necessitas Curatoris dati in negotiis mulieris.*

Curatoris auctoritas ad mulieris negotiorum validitatem *Iure Hamburgensi* ita necessarius est, ut omnia, quae absque curatore, sive in iudicio *a*), sive extra illud *b*) gesta sunt, sive nudum factum, sive contractum spectent, nullitate laborent, nec ex iis obligatio quaedam civilis in foro redundet *c*). Femina, quae mercatrix non est, sine mariti curatorumque voluntate tantum linum et linteum ad usum domesticum comparandi facultatem habet *d*), quam tamen ad res leuoris pretii,

*b*) MEV. ad *Ius Lubec. Lib. I. Tit. VII. art. IV. n. 24.*

*a*) Quum tamen causae criminalis ratio haud permittat, ut alius pro reo ad articulos et interrogatoria respondeat, quoniam veritas ex ipso delinquente facilius haberi potest, et sic procurator in illis in regula haud admittatur *vid. Ill. Du. Praefatis Grundsätze des rechtlichen Rechtes in der neuesten Ausgabe §. 552.* feminam quoque hamburgensem, si criminaliter conveniatur, sine curatore in iudicio comparere debere, recte statuit STRYCKIUS *c. 3. §. 6.* Nam etiam minores, qui personam standi in iudicio alias non habent, in

causis criminalibus tamen per curatorem respondere nequeunt, sed ipsi comparere tenentur. *L. 15. §. 6. ad L. Iul. de adulter.*

*b*) Nec obstat Rubrica *Iuris Hamburgensis P. I. Tit. IX. art. I. von kriegischen Vormündern.* Feminam enim curatore opus habere non solum in causis iudicialibus, sed etiam extra iudicialibus, satis apparet ex *Iure Hamburgensi P. I. Tit. IX. Art. I. et P. III. Tit. VI. Art. IX.*, item *P. II. Tit. VIII. art. I.*

*c*) MEV. *Comm. ad Ius Lubec. P. I. Tit. 10. art. 3. §. 3.*

*d*) *Ius Hamburgense P. II. Tit. VIII. art. I.* in verbis „Die aber so der „Kauff-

pretii, quae ad domus et familiae sustentationem pertinent, Doctores haud iniuste extendunt e). Quando autem femina absque curatore extra adductos casus emtionem iniit, vel mutuum contraxit, Ius statutarium Hamburgense creditori, quoties ipsi libuerit, vestem superiorem, seu pallium feminae detrahendi, facultatem tribuit, donec debitum soluerit f). Lex patria hamburgensis per hoc remedium mulierem per indirectum cogere voluisse ad debita soluenda, verosimile est, dum incarcerationo feminarum iure ciuili ob debita priuata in regula prohibita est g). Si enim femina vestem, seu pallium semper creditori dimittere tenetur, ipsa in conspectum hominum amplius venire nequit, ad quod dedecus itaque auertendum, quantum poterit, mulier solutionem procurabit. Vsum huius legis forenses partim scriptores de iure patrio in specie agentes h), partim Commentatores ad Ius Lubecense defendunt

„Kauffmannschaft nicht zugethan, kann  
„ohne ihres Mannes oder ihrer Vor-  
„münder Wissen und Vollbort, außer-  
„halb Leinewand und Flachs, zu des  
„Haus'es Nothdurfft gehörig, nichts be-  
„stendiglich contrahiren.

e) Consultiff. Du. STEIN in der  
gründlichen Abhandlung des Lübschen  
Rechts Lib. 3. Tir. 6. §. 136. MEV. L. 3.  
Tit. 6. art. 14. SERYCK c. l. c. 2. §. 22.

f) Ins Hamburgense P. II. Tit.  
VIII. Art. I. in verbis sigalibus:  
„Hette sie aber ohne Consenz ihres  
„Vormunds etwas aufgeborget, oder  
„gekauft, soll dem Gleubiger verstat-  
„tet werden, ihr das oberste Kleid  
„abzunehmen, bis daß es bezahlet ist.

g) Auth. sed hodie nouo Iure C. de  
offic. diversor. Iudic. v. „Sed hodie  
„nouo Iure pro fiscalibus vel priuatis  
„debitis nulla mulier debet includi,  
„sed ad Iudicem veniet per se, vel per  
„procuratorem suum: vel mittat vnum

„vel alterum, quatenus negotium legi-  
„time exequantur. Si contra factum  
„fuerit, maiores Iudices viginti libris  
„auri, minores decem puniantur, obe-  
„dientes autem eis, cingulo spoliabun-  
„tur, et poenis subiaccbunt corpora-  
„libus. et in exilium damnabuntur.

h) STRYCK. c. l. c. 22. §. 35. pro-  
uocans ad Decisionem sub Dato VII.  
Sept. 1642. „In Sachen I. W. contra I.  
„G. erkenner E. E. Rath zu Recht,  
„daß

dunt i). At mutatio temporum applicationem legis strictam vix permittit, et sic illam ademptionem vestis, seu pallii, olim creditori mulieris iure Hamburgensi aliisque statutis permissam ad obsoletas decoctorum poenas, quae in defuetudinem fere abierunt, pertinere videtur k).

### §. VIII.

#### *Curatoris Sexus Germanici et minoris secundum Ius commune con- et disconuenientia.*

Curator Sexus jam descriptus, si fundamentum, nempe Iudicii imbecillitatem et alia quaedam exceperis, admodum differt a curatore minoris in sensu Iuris communis sumti a). Ille enim non quidem bona mulieris administrat et ad rationes reddendas adstrictus est, sed potius tanquam consiliarius mulieris, *Gewehrsmann* vulgo dictus tantum de veritate negotii, cui interest, respondet, a femina pro suo arbitrio eligitur, et cum alio commutatur b). Quando plures Curatores Sexus constituti sunt, unius consensus in contrahendis negotiis mulieris vulgo sufficit, nisi in curatorio magistratus aliud expresse determinatum sit c). Non tenetur curator sexus,

fi

daß der Beklagtin ausgegebene Obligation für kraftlos zu achten, jedoch, daß Klägere ihr das Oberkleid, so lange bis er seiner Forderung wegen befriediget, abzunehmen, bemächtiget seyn solle.

Rechtsgelahrtheit 1778, im ersten Stück n. XIII. von der Strafe der Banqueroutirer, oder der bösen Schuldner nach älteren und neueren Gesetzen.

a) REINHARTH *Diff. de gemina curae sexus et aetatis differentia*, Erford. 1728.


i) STEIN a. O. Lib. I. Tit. 3. §. 77.

k) *Du. Praesidis Beyträge zur Erläuterung verschiedener, mehrentheils unentschiedener Rechts Materien aus der bürgerlichen und peinlichen*

b) die angeführten ANMERKUNGEN über das hamburgische Stadtbuch in der zweiten Abtheilung § 149.

c) WERNHER Tom. I, P. 1, obs; 21,

C



si consilium forsan infelicem euentum habuerit, modo nec fraus, nec imperitia ei imputari queat *d*). Ex defectu administrationis in curatore sexus patet, eum nec ad inventarium consiciendum, nec ad praestandam satisfactionem obligatum, nec bona curatoris mulieri in securitatem ejus tacite oppignorata esse, nec eum, si pecuniam feminae otiosam reliquerit, ad vsuras teneri *e*). Quae omnia in curatore minorum aliter se habere, quantum satis apparet. Eandem differentiam quoad obligationem absque curatore susceptam, Iuramento tamen confirmatam inter feminam Hamburgensem et minorem adesse, statuunt Doctores. Quamvis enim minores ex promissione sua corporali Iuramento firmata teneantur *f*), Iure consulti magni nominis tamen in muliere absque curatore promittente et se obligante contrarium defendunt, nec propter Iuramentum accedens actum mulieris absque curatore gestum validum fieri putant, quum Iuramentum non suppleat defectum sollemnitatis substantialis, et obligatio feminarum absque curatore suscepta jure statuario plane reprobata sit *g*). Quoniam ea, quae Iuris publici dicuntur, quorsum etiam sollemnia pertinent, pactis privatorum immutari non possunt *h*), adducta sententia omnino vera esse videtur. Ast deficiente dispositione Iuris Hamburgensis, vel statuti cujusdam aliud determinante, propter principium Iuris canonici fere vbiq; etiam inter Protestantes receptum: omne Iuramentum sine vi et dolo, hinc sponte praestitum servandum, quod salua salute

aeterna

*d*) L. 47. de Reg. Iur. v. „Consilii nis et minorennis simul. vid. etiam Du. „non fraudulentum nulla obligatio est. Praesidis Beyträge zur Erläuterung „Ceterum si dolus et calliditas inter- verschiedener Rechtsmaterien im 2ten „cessit, de dolo actio competit. Stück n. VIII.

*e*) LEYSER spec. 131. et spec. 350. *g*) MEV. Lib. I. Tit. 10. art. 1. n. 35. med. 1. STRYCK c. 1. c. 1. §. 4. STRYCK c. 1. c. 2. §. 34.

*f*) Aurb. Sacramenta puberum C. si *h*) L. 38. D. de pact. v. „Ius publi- „adu. vendit. COTHMANN Resp. 18. n. „cum privatorum pactis mutari non 48. MANTZEL de eo, qui est majoren- „potest.

aeterna feruari potest, et in praedictum alterius hand redundat *i*), contraria sententia merito praefenda *k*), quum usu fori communis Iuramentum ad negotium quoddam accedens defectum sollemnitatum suppleat, potissimum, si hae tantum in favorem agentium et ad avertendam laesionem introductae sint *l*). Adest itaque quoad validitatem obligationis feminae et minoris absque curatore quidem gestae, sed jurato confirmatae omnino quaedam analogia, quae tamen in eo casu non intercedit, si verae sunt, quae plures statuunt, defectum curatoris per quosdam consanguineos, immo per unicum consanguineum in actu praesentem suppleri posse *m*). Insuper Minores sui juris, si ad annos pubertatis jam peruenerunt, in ultima sua voluntate de bonis suis saltem Iure communi libere disponunt *n*). Ast feminae Hamburgenses et Lubecenses longe sunt deterioris conditionis, dum de bonis hereditariis plane non, de bonis acquisitis autem adhibito tantum curatore testari possunt *o*). Sed e contrario munus curae sexus, uti in curatore minoris alias justum *p*), non quidem gratuitum est, sed potius curatori sexus honorarium annuum assignari solet *q*). Cura

Sexus

*i*) c. 28. X. de iurjur. c. 2. de pact. in 6to.

*k*) LUDOVICI de genuin. intellect. brocardici, omne iuramentum servandum, quod salva salute aeterna servari potest.

*l*) BOEHMER in Iur. Eccl. Protestant. Tom. I. Lib. 2. Tit. 24. §. 24. 28.

*m*) CARPZOV P. 2. Const. 15. def. 18. MEV. ad Ius Lubecense L. 1. Tit. 10. art. 1. n. 53. BERGER in Elect. disc. for. p. 306. et in supplem. P. I. p. 228.

*n*) L. 5. D. Qui test. fac. poss.

*o*) Ius Hamburgense P. III. Tit. I. art. XIII. XIV. MEV. Quaest. pract. min. 4. n. 16. 17.

*p*) L. 33. §. 3. de administ. et peric. Interim Iure Germanico tutoribus minorum non quidem deberi mercedem, ast tamen interdum aliquid pro ratione temporis et operarum secundum qualitatem bonorum pupilli illis indulgeri solere, statuunt Doctores. vid. Ill. HOMMEL Obs. 549.

*q*) Selecta iuridica Rostochiensia Fasc. 2. spec. 4. q. 6.



Sexus legitima insuper cum usufructu bonorum, vti jam adductum (§. IV.) conjuncta est, et sic longissime a curatela minoris differt \*).

### §. IX.

#### *Definitio feminae mercatricis et quomodo ab uxore mercatoris differat?*

Regula illa, vi cujus femina majorennis, sive nupta sit, sive non, *Iure Hamburgensi* aliisque legibus provincialibus et statutis perpetuae curae subest, (§. III.) admittit exceptionem in femina illa, quae *mercatrix* dicitur, et mercaturam tanquam negotium virile exercet. Haec inde simpliciter et absque curatore tenetur, nec Iura feminea ex imbecillitate sexus alias deriuanda aduersus obligationes ejus, solam mercaturam spectantes, amplius alleganda sunt a). Dicitur autem *femina mercatrix*, quae, praevia coram Senatu facta approbatione et subsequuta confirmatione, ex obligationibus ad mercaturam pertinentibus simpliciter tenetur, nec in

iis

\*) Ius germanicum quidem admodum favet tutelae legitimae agnatorum, ita, ut olim quoque usufructuaria fuerit; vid. de LUDWIG in *Dissert. de different. Iur. Rom. et German. in Tutela usufructuaria*. At hodie illam tutelam non amplius fructuatiam esse, nec in feudatilibus locum habere recte statuit b. BAERE in *annotat. ad b. MOELLERI primos lineas usus practici distinctionum feudatium. Rostochii 1775. p. 253. n. 6.*

a) Ius Hamb. P. II. Tit. VIII. art. I. „Eine Fraw die Kauffmannschaft ge-  
braucht, offene Laden und Fenster hält, mit Gewicht aus oder einwieget, und mißt, soll pſlichtig seyn, dasienige so sie kauffet, oder verkaufft, zu zahlen und liefern. Conspirat Ius Lubecense Lib. III. Tit. VI. art. XXI. „Eine Kauff-Fraw was sie kaufft, muß sie zahlen, eine Kauff-Fraw aber ist, welche aus und einkaufft, offene Laden und Fenster helt, mit Gewicht, Wage, Maas und Ellen, aus und einwieget, und mißt,


iis ad imbecillitatem sexus prouocare potest *b*). Differt autem *femina mercatrix* (eine Kauf-Frau) ab *uxore mercatoris* (eine Kaufmanns-Frau), dum enim haec curae legitimae simpliciter subest, et mortuo marito sine curatore suo datiuo plane agere nequit *c*). Quando autem vxor mercatoris in vno, vel altero actu negotiationis marito operam praestat, vel etiam ob absentiam, morbum, vel senectutem mariti commerciorum curam ejus nomine gerit, vel integram negotiationem suscipit, non tam illa, quam potius maritus mercatus intelligitur, et tanquam ex suo contractu, vxoris ministerio saltem interueniente, convenitur et obligatur *d*). Quoniam eatenus de vxore mercatoris nomine mariti curam negotiorum gerente eadem valent, quae Iura nostra de infitoribus praescribunt, facile patet, illam immediate forsitan conventam ad privilegia et beneficia feminis Iure communi et statuto concessa omnino prouocare posse *e*). Vxorem autem mercatoris iura feminae mercatricis, quando maritus consentit, consequi posse, dubium non habet. Interim, si aliud negotium gerit vxor mercatrix, quod ad mercaturam stricto Iure non pertinet, legitimae curae mariti omnino subest *f*). Gaudet enim vxor Hamburgensis mercandi licentia, et vel praeter maritum, cum aliis mercaturam, vel sola quaesuariam negotiationem, vel vt socia cum marito communem mercaturam exercere potest, quo casu lucri et damni particeps merito *mercatrix* dicitur.

*b*) b. MANTZEL in *Differt. de femina mercatrice*. Rostochii 1741 Th. VI. *carrix, eine Kram- oder Marckz-Frau sit et proprie dicatur. Recus. Lips. 1748.*

*feminam mercatricem* dicit eam, quae suo nomine, lucto et damno, mercaturam tanquam ordinarium suum vitae *d*) MEV. P. 2. Lib. 3. Tit. 6. art. 21. n. 41.

genus legitime suscipit, eamque publice, vel sola, vel ut socia, exercet. *e*) *Consultriff. Dn. STEIN in der gründlichen Abhandlung des Lübschen Rechts L. I. Tit. 5. §. 144.*

*c*) REBHAN in *Hypozyposi et summaria delineat. Quaest. quae uxor mer-* *f*) MEV. L. 1. Tit. 10 art. 131. n. 59. STRYCK c. 1. c. 1. §. 8.



dicitur. Quamvis Iure Hamburgensi, vti in aliis regnis moris est, in specie haud requiratur, vt vxor mercatrix separatam a mariti rationibus et ab ejus mercatura diuersam negotiationem exerceat g), consensus tamen mariti ad illam instituendam necessario requiritur, nec per ea, quae supra jam demonstrata sunt, vxor facultate vnquam pollet, in praejudicium curae legitimae mariti separatam mercaturam instituendi (§. IV. et V). Quidquid etiam vxor mercatrix, vel sua sola, vel communi negotiatione, stante matrimonio, lucratur, in iis locis, vti Hamburgi, vbi communio bonorum inter conjuges introducta h), non sibi, sed marito acquirit, et mariti creditoribus cedit i), nisi pactis dotalibus, quod etiam Iure Hamburgensi fieri potest, aliter conventum sit. Quo autem in casu necesse est, vt palam declaretur, quid inter maritum et vxorem ratione mercaturae stipulatum sit, ne alii ob praesentam communionem bonorum damnum sentiant k).

§. X.

g) Ita secundum Statutum Parisiense a. 235. esse tradit MANTZEL c. 1. Tb. 6. n. 2.

h) BROCKES Diff. de bonorum conjuges inter Hamburgenses communionem Ien. 1747. J. H. BOEHMER Diff. de aeris alieni inter conjuges Hamburgenses communionem Hal. 1728.

i) Ius Hamburgense P. II. Tit. V. Art. X. „Wiewohl nach gemeinen beschriebenen kaiserlichen Rechten, die Ehefrau, ihres eingebrachten Braut-schatzes wegen, und daber rührenden stillschweigenden Verpfändung in ihres Mannes Gütern vor allen andern Creditoren, ob die gleich etere stillschweigende Verpfändung betren, vorgezogen werden; so wollen wir doch

„zu Handhabung gemeines Nutzens, „Travens urd und Glaubens, und zur „Beförderung der Handtierung, auch „weil es hievor in dieser Stadt üblich „also gehalten worden, hinit geordnet „haben, daß die Frau ihres eingebrachten Braut-schatzes halber, in ihres Mannes Schulden, so in lebender Ehe gemacht, nicht allein keinen Vorzug haben, sondern daß auch derselbe Braut-schatz, wie dann ingleichen alle andere Ihre in lebender Ehe angeerbte Güter, vor ihres Mannes Schulden gantzlich basten und gehalten seyn sollen.

k) Die Anmerkungen über das hamburgische Stadt-Buch in der zwoten Abtheil, §. 87.




## §. X.

*Vetior descriptio feminae mercatricis secundum Ius  
Hamburgense et Lubecense.*

Quoniam *Ius Hamburgense* et *Lubecense* feminam mercatricem secundum ejus characteres tam accurate describunt, MEVIUS a) quoque ad eam praecise requirit, ut emat et vendat, tabernam et fenestras apertas habeat, ubi publice venales prostant merces et singulis pateant ibi, quae habentur vendi, et denique ad pondus, libram, mensuram, modum, numerum, aut vnam merces transferantur. Quamvis autem emtio et venditio mercium a femina mercatrice per notionem ejus nunquam separari queat, tamen reliquae descriptiones MEVII tantum conveniunt ei, quae in specie dicitur *eine Kraemerin*, non autem illi, quae in folle merces emit, aut vendit, et sic vulgo *eine Groshändlerin* dicitur. Interim me vera statuere puto, si ea, quae loco citato *Iuris Hamburgensis* de femina mercatrice tradita sunt, magis pro descriptione, quam pro genuina definitione habeo. Quotidiana saltem praxis docet, non solum feminam, quae tabernam et fenestras apertas habet, ad vnam, pondus, mensuram et libram vendit, et sic proprie *eine Krühmerin* est, sed etiam eam, quae in genere absque his determinationibus mercaturam et negotiationem generatim exercet, et sic, uti dicitur in *Iure Hamburgensi, die Kaufmannschaft gebraucht*, siue, quod idem, *eine Groshändlerin* est, omnia Iura feminae mercatricis habere et consequi posse. Nec obstat, quod in Iure nostro prioris tantum mentio fiat, quum eo tempore, quo *Ius Hamburgense* et *Lubecense* confectum, feminae mercatrices tantum eam speciem mercaturae, quam statuta describunt, agerent, fauor autem negotiationis, in quo Iura feminae mercatricis rationem potiore habent, magis interpretationem extensivam, quam restrictivam admittat b). Quum etiam

a) *Ad Ius Lubec. Lib. I. Tit. 5. art. 1.*      b) *Die angeführten Anmerkungen über u. 25. et Lib. III. Tit. 6. art. 21 u. 34. das hamburgische Stadt-Buch a.o. §. 157.*



etiam *Ius Hamburgense* et *Lubecense* quoad feminam mercatricem inter negotiationes in vrbe et extra vrbem haud distinguunt, arbitrio illius relinquendum esse puto, vtrum negotiationem et mercaturam tantum ad vrbem restringere, an illam extra ciuitatem extendere velit, modo societati mercatoriae, ad quam pertinet femina mercatrix, id genus mercaturae, quod illa agit, competat.

### §. XI.

#### *Requisita in femina mercatrice.*

Antequam autem femina mercatrix pro ea legitime haberi potest, necesse est, vt ciuitatis iura, in qua mercaturam exercere vult, jam consequta, vel ciuis cuiusdam vidua, aut filia sit a). Nam etiam virgines mercaturam parentum continuantes iura feminae mercatricis sibi vindicare possunt, quoniam generatim nihil interest, vtrum mulier commerciis se immiscens nupta, an innupta sit b). Insuper requiritur saltem iis in locis, vbi certa mercatorum collegia ordinata et constituta sunt, vt femina mercatrix praestitis iis, quae ex vsu et consuetudine praestanda sunt, nomen suum albo mercatorum inferi petat c). Interim vidua, cujus maritus fuit mercator, sine speciali receptione mercaturam a marito coeptam continuare potest, nisi motibus locorum aliud introductum sit d). Ast etiam obligatio illa, vi cuius nomen feminae mercatricis antea albo mercatorum inferendum, plane cessat, si privilegiata mercatoria societas deficit, et nemini cum exclusione alterius hanc, vel illam speciem negotiationis exercendi Ius competit. Hoc enim in casu praeter declarationem publicam senatui factam, probatio specialis, feminam scilicet jam habere iura

- a) MEYER lib. 3. Tit. 6. art. 21. *quam secundum Ius statutar. Hamb.*  
 b) STEIN a. o. lib. 3. Tit. 6. §. 138. *Th. 12.*  
 n. 1. SPRING *Diff. de emtione venditione tam secundum Ius Iustinianicum,* c) MANTZEL c. l. Th. 7. n. 2.  
 d) MEY. L. 3. Tit. 6. art. 21, n. 44.

jura mercatoria plane cessat. Nec magistratus, modo femina qualitibus ad exercendam negotiationem satis instructa sit, confirmationem denegare potest, nisi liberi, vel eorum tutores et curatores ex jure quodam quasito intentioni feminae legitime contradicant, et facta causae discussione protestatio eorum omnino fundata reperiatur e). Facta autem causae cognitione, nemineque contradicente, aliisque rationibus feminae intentioni aduersis deficientibus, decretum confirmatorium more solito expediri solet. Olim quidem, potissimum Lubecae femina, quae juribus et privilegiis mercatricis exercere volebat, non solum se talem coram fenatu approbare, sed et simul industriam suam duobus ciuibus fide dignis demonstrare debebat. Hic actus non quidem verbis disposiuis, ast tamen enunciatiuis jure Lubecensi quodammodo confirmatus f) et germanice *die vor dem Rath geschehene Einzeugung* dictus hodie, nec Lubecae praecise requiritur, vt praecudicium probat ROEDERVS g). Nec ob libertatem mercaturae haud restrictam dictus ille mos *Iure Hamburgensi* obtinet, sed potius ea, quae jam adducta sunt, ad jura feminae mercatricis consequenda Hamburgi quoque omnino sufficiunt h).

## §. XII.

- e) die Anmerkungen über das hamb. Stadtbuch in der zwoten Abtheil. §. 158. „DEM RATHE GEZEVGET, so mag sie ein Testament machen von ibrem
- f) Ius Lubecense P. 2. Tit. 1. art. 14. „wolgewonnenen Gute, doch mit ibres „Es kann keine Fraw nach Lübschen- Vormünder und nechsten Erben Bewilli- „Recht ein Testament machen, es sey „gung.  
„ibr dann die Macht von ibrem verstor- g) in Dissert. de confirmatione ma- „benen Manne in seinem Testament ge- gistratus ad impetrandam qualitatem „geben, doch von denen Gütern, welche feminae mercatricis jure Lubecensi us- „ibr der Mann gegeben, und zu verfesti- triquam necessaria, Vltraj. 1743.  
„ren vergönnet hat, und nicht von Erb- b) die angeführten Anmerkungen über „gütern. WERE SIE ABER EINE das bamburgische Stadtbuch a. o. §. 155. „KAVFF - FRAY, VND ALSO VOR und 158.

D

*Iura, quae feminae mercatrici in specie competunt.*

Femina mercatrix absque curatore omnia illa firmiter agit, sine quibus mercatura, quam elegit, commode exerceri nequit. Sic eatenus emtiones venditiones et mutuum, quod mercaturam spectat, contrahere, litteras cambiales dare, alienas trahere, acceptare, nomina, Iura et actiones sibi emendo comparare et aliis cum effectu juris cedere potest, imo ea omnia in genere valide expedit, quae ad mercaturam, quam proficitur, pertinent *a)*. Inde quoque libro rationum a mercatrice, vel ejus jussu ab insitore suo conscripto, modo legitima requisita habeat, eadem fides et auctoritas competit, quam alii libri mercatorum vsu fori gaudent *b)*. In judiciis femina mercatrix agere et conveniri, nec ob favorem et securitatem commercio rem in rebus mercaturam suam spectantibus ad privilegia sexus prouocare potest *c)*. Interim majora privilegia, quam collegium, cui inest, habet, sibi vindicare nequit. Beneficium Senatus consulti Vellejani, vi cujus mulieres alias ex sua fidejussione haud tenentur, feminae mercatrici, siue pro extraneo, siue pro ipso marito intercedat, quatenus

*a)* MANTZEL *c. l. Th.* 12. 17.  
18. 19.

*b)* Quoniam neque de Iure communi, neque de consuetudine propria manus requiritur, in praxi nihil refert, utrum liber rationum ab ipso mercatore, an ab alio scriptus sit? Quae ob rationis identitatem etiam in femina mercatrice locum habere, dubium non habet.

MANTZEL *c. l. Th.* 20. n. 1.

*c)* *Ius Lubecense Lib. 1. Tit. 10. art. 1.* „Es mag keine Fraw ihr Gur verkauffen, noch versetzen, ohn ihrer Vormünder Vollwort, Wissen und Willen, so mag auch keine Fraw höher Bürge werden, ohne Willen der Vormünder, dann vor drittehalb Pfennung, aufferhalb derer, welche Kauffmanschaft, Handel und Wandel treiben, was dieselben geloben, das müssen sie gelten und bezahlen.“

quatenus scilicet intercessio ad mercaturam pertinet, non prodest *d)*, nec omiſſa certioratio iurium, vel defectus curatoris tunc attenditur *e)*, aff communia fidejſſorum beneficia, veluti excuſſionis, diuiſionis et cedendarum actionum feminae mercatrici omnino competunt *f)*. Sunt quidem, feminas mercatrices fidejubes ad beneficium Senatus conſulti Vellejani *Iure Hamburgensi* omnino prouocare poſſe, ſtatuentes *g)*, quoniam ſcilicet illud Ius feminis Hamburgensibus nullibi ademtum reperiatur *h)* et ipſa interceſſio non ſit actus ad mercaturam ſpectans. Sed ipſe locus Iuris patrii Hamburgensis ad probationem contrarii allegatus maxime obſtat, nec id demonſtrat, quod tamen ſecundum Doctorum opinionem probaſſe deberet. Femina enim mercatrix in negotiis, quae ad mercaturam pertinent, valide contrahit, nec in ſenſu Iuris ſtatutarii pro minori, ſeu *ummündig*, quod tamen locus in contrarium citatus ſupponit, habenda, nec curatore indiget. Generalis itaque legis patriae diſpoſitio, vi cujus femina mercatrix ex obligationibus abſque curatore geſtis ſimpliciter tenetur, quatenus mercaturam ſpectant, ad interceſſiones et fidejſſiones ejusmodi mulieris omnino trahenda eſt, quum ſtatuta ciuitatis interpretationem extenſiuam vtique admittant, nec ad Ius commune recurrendum,


*d)* MEV. Lib. 1. Tit. 10. a. 1. n. 56.  
und L. 1. Tit. 7. n. 115. DEINLEIN  
in Diff. de vera Indole Senatus Conſul-  
ti Vellejani ad uxorem mercatricem pro  
marito intercedentem applicata Alt. 1751.

*e)* STEIN a. o. L. 1. Tit. 10. a. 1. n.  
80. MANTZEL c. l. Tb. 22.

*f)* MEV. L. 1. Tit. 10. art. 1. n. 80.  
MANTZEL c. l. Tb. 22.

*g)* STRYCK c. l. c. 2. § 36.

*h)* P. II. Tit. VI. art. II. „Alle die-  
„ſelben, ſo vor ſich beſtändiglich con-  
„trahiren, können ſich auch für andere  
„bürglich verpflichten. DAHERO WEI-  
„BER, SO NACH DIESEM VNſERM  
„STADT - RECHT VNMVENDIG,  
„und Knaben unter achtzehn Jahren,  
„obvne ihre Curatorn und Vormänder  
„ſich nicht können als Bürgen beſten-  
„diglich verpflichten.



dum, nisi, quum domestica interpretatio, aut penitus deficiat, aut statum odiosi quid contineat *i*). Insuper interpretatio extensiva in qualibet lege et statuto ex identitate rationis semper locum habet, id est, quando casus, de quo est quaestio, necessario sub mente legis comprehenditur, ita, ut legislator contrarium non nisi irrationabiliter statueret, nec tunc prudens legis dispositio finisque posset obtineri *k*). Accedit, quod beneficium Senatus consulti Vellejani secundum hodiernos mores in eo casu ubique cesset, si mulier, quae publica mercatrix est, intercesserit pro alio, intuitu scilicet eorum, quae ad istam, quam exercet, spectant negotiationem *l*).

### §. XIII.

#### *Iura, quae feminae mercatrici non competunt.*

Quando femina mercatrix alias promissiones facit, vel obligationes suscipit, quae ad commercia, quae tractat, non pertinent, nulla privilegia habet, sed potius communem mulierum sortem subit. Sic mater vidua, quamvis mercatrix sit, tutelam liberorum gerere nequit, ubi aliis mulieribus per statuta specialia id non licet *a*), et in locis, ubi id receptum, in contrahendis nuptiis cognatorum consilium adhibere tenetur *b*). Nec feminam mercatricem Hamburgensem circa pecuniam in Banco absque

*i*) HOMMEL *obs.* 660, ibique cit. ECCARD in *hermeneutica Iuris* L. 2. c. 1. §. 19, 20.

*k*) HARTLEBEN in *Meditationibus ad Pandectas, quibus cel. LEYSERI meditationes variis in capitibus refelluntur et supplentur, Francofurti ad Moenum* 1778. *spec.* 2. *med.* 2.

*l*) VOETIVS in *Comment. ad Pandectas* Tom. 2. L. 16. §. 1.

*a*) Iure Hamburgensi tamen mater et avia, etiam si non sint feminae mercatrices, tutelam liberorum et nepotum volentes omnino suscipere possunt, observatis scilicet iis, quae jus patrium de hoc casu in specie disponit; *vid.* P. 1. *Tit. VI. art. V. et VI.*

*b*) MANTZEL *c. 1. Tb. 18.*

que curatore disponere posse, nisi mandatum a curatore subscriptum habeat, sunt, qui ita statuunt c). Interim opinionibus Doctorum, secundum quas mulier mercatrix simpliciter et absque vlla restrictione nihil agit, quae cautionem de iudicio sisti et iudicatum solui suscipit, et pro conductore fundi fidejubes d), calculum meum haud adjicere possum. Respiciendum potius esse puto, vtrum dictae fideiussiones tempore, quo suscipiuntur, nexum cum mercatura, vel negotiatione habent, eamque saltem mediate promouent, vel non. In priori casu cautiones illae, me quidem Iudice, omnino validae sunt et subsistunt, in posteriori autem corruunt. Femina enim ratione fideiussionis, quatenus mercatrix est, et tanquam ea agit, a conditione caeterarum mulierum simpliciter exempta habetur e), extra casum vero ad mercaturam, vel negotiationem respectum, nec immediatum, nec mediatum habentem, haud obligatur, sed curatore opus habet, et beneficiis mulierum communibus vitur f).

#### §. XIV.

#### *Differentia Iuris Lubecensis et Hamburgensis quoad feminam mercatricem in materia testamenti factionis.*


Quamuis Ius Lubecense et Hamburgense quoad jura feminae mercatricis maxima ex parte conueniant, tamen quaedam differentia praeter adductos

c) Quod forsan ob majorem securitatem, quum ipsa Respublica pro Banco obligata sit, locum habere, haud inepte iudicat MANTZEL c. l. Tb. 13. n. 3.

d) MEV. L. 1. Tit. 10. arr. 1. n. 79. et MANTZEL c. l. Tb. 13. n. 1.

e) LUDWIG de different. Iur. Ro. man. et Germanici in fideiussione uxoris Hal. 1720. Ill. de SELCHOW in Element. iuris germanici §. 196. THOMASIVS de usu exiguo S. C. VELLEJANI in foris Germaniae.

f) STEIN a. o. Lib. 1. Tit. 10. §. 55. Ius Mecklenburgicum Lubecense et Hamburgense illustratum Cent. 2. Iud. 98.



adductos casus quoque in materia Testamenti factionis apparet a). Ius enim Lubecense mulieri in genere illam haud permittit, nisi maritus ipsi ratione bonorum ab eo relictorum facultatem tribuat, aut sermo sit de femina mercatrice, quae scilicet de bonis suis acquisitis (*wohlgewonnenen Güthern*), pro quibus tamen in dubio praesumptio capienda b), modo curator et proximi heredes consentiant c), cum effectu Iuris libere disponere potest d). At Ius Hamburgense cuicumque mulieri, siue nuptae, siue innuptae potestatem de bonis acquisitis testamentum condendi, adhibito curatore, absque tamen ulteriori restrictione et distinctione inter feminam mercatricem et aliam simpliciter permittit atque tribuit e).

## §. XV.

a) DORN *Diff. de testamentis feminarum Hamburgensium Kilon. 1748.*

b) *Ius Lubecense Lib. 1. Tit. 10. art. 6.*

c) *Ius Lubecense Lib. 2. Tit. 1. art. XIV.* „Es kann keine Fraw nach üblichem Rechte ein Testament machen, es sey ihr dann die Macht von ihrem verstorbenen Manne in seinem Testamente gegeben, doch von denen Güthern, welche ihr der Mann gegeben, und zu vertestiren vergönnet hat, und nicht von Erb-güthern. WERE SIE ABER EINE KAUFF FRAW UND ALSO VOR DEM RATH GEZEUGET, SO MAG SIE CIE TESTAMENT MACHEN, VON IHREM WOHLGEWONNEN GUTE, DOCH MIT IH- RER VORMVENDER, UND NECH- STEN ERBEN BEWILLIGUNG.

d) Quando proximi heredes absque iusta causa consensum denegant, is a magistratu supplendus est. MANTZEL c. 1. Th. 16. n. 6.

e) *Ius Hamburgense P. III. Tit. I. art. XIII.* „Ferner müssen auch von wohlgewonnenen Gut, kein Knabe unter achtzehn Jahren, noch eine Fräulein, sie sey ledig, oder verheyrahtet, ohne Vormundt in ihrem Testament oder letzten Willen etwas vergeben.“ vid. etiam art. XIV. „Was denn eine Fraw gibt von ihrem gewonnenen Gut durch ihren Mann, als ihren rechten Vormundt, ohne Erlaubnis der Erben, das soll man entrichten aus dem sammendenden Gut vor allem Theile.



## §. XV.

*An femina mercatrix, quae soluendo non est, hodie  
incarcerari possit?*


Quum in negotiis ad mercaturae speciem, quam profitetur mercatrix, spectantibus ea libere et absque curatore agat, contractus celebret et ex obligationibus susceptis cum effectu Iuris conueniatur (§. XII.), quaestio oritur, vtrum etiam ob aes alienum, si soluendo non est, vti alius mercator, incarcerari queat? Quam quidem quaestionem negat STRYCKIUS <sup>a)</sup>, ast tamen lubenter concedit, primo intuitu eam omnino affirmandam esse videri, quoniam identitas rationis in muliere mercatrice appareat, quae est in mercatore, et alioquin nemo cum illa secure contrahere posset. Ad probandam suam thesin prouocat ille ad ipsam dispositionem Iuris Hamburgensis <sup>b)</sup>. Vult enim longe mitiores majores fuisse erga mulieres, quam aduersus masculos, disponentes: *Daß ihr nur das Oberkleid abgenommen werden solle.* Ex hoc STRYCKIUS ipsam mulierem ob debita plane incarcerari non posse, concludit. Quum hoc etiam Iuri communi conueniat <sup>c)</sup>, putat statutum, vbi non specialiter feminarum facta est mentio, quod potius generaliter deochores in carcerem detrudi iubet, iuri communi haud derogare posse, sed ex illo accipere suam interpretationem. Ast primum argumentum STRYCKII corrui-

quum

a) c. l. c. 2. §. 33.

b) P. II. Tit. VIII Art. I. „Eine  
„Frau, die Kauffmannschaft gebraucht,  
„offene Laden und Fenster hält, mit Ge-  
„nicht aus oder einwieget, und mißt,  
„soll pflichtig seyn, dasienige so sie  
„kauft, oder verkaufft, zu zahlen und  
„liefferen. Die aber so der Kauffmann  
„schafft nicht zugehan, kan ohne ibres  
„Mannes oder ibrer Vormünder Wissen

„und Vollbort, aufferhalb Linnewanät  
„und Flachs, zu des Hauses Nothdurft  
„gehörig nichts bestendiglich contrahi-  
„ren. Hette sie aber, ohne Consent  
„ibres Vormundes etwas auffgeborget,  
„oder gekaufft, soll dem Gleubiger ver-  
„statet werden, ihr das oberste kleid  
„abzunehmen, bis daß er bezahlet ist.  
c) Autb. sed hodie nouo Iure C. de  
offic. divers. Iudic.



quum contextus passus concernentis Iuris Hamburgensis luculenter doceat, in initio legis de alio plane casu, quam in verbis finalibus agi. Nam in his, vbi de ademptione vestis superioris, alias pallii dicti creditori permissa agitur, tantum respicitur ad feminam curatorem habentem et nihilo tamen minus eo incio emtiones venditiones et mutua contra legis prohibitionem contrahentem. Quod autem de hac et non de femina mercatrice in progressu statuti sermo sit, me quidem iudice quantum satis apparet tam ex verbis: *Die aber, so der Kaufmannschaft nicht zugehan, kann ohne ihres Mannes, oder ihrer Vormünder Wissen und Vollbort, ausserhalb Leinewandt und Flachs, zu des Hauses Notturft gehörig, nichts beständiglich contrahiren*, quam ex subsequenter cum adductis immediate cohaerentibus: *Hette sie aber ohne Consens ihres Vormunds etwas aufgeborget, oder gekauft, soll dem Gleubiger verstattet werden, ihr das oberste Kleidt abzuzehmen, bis daß er bezahlet ist*. Alterum argumentum STRYCKII, quod scilicet Iure Romano femina ob debita plane non sit incarcerationa, vsu fori communis et Hamburgensis itidem scissat d). Quamuis itaque feminae mercatrici, quae suo fortunae aduersae vitio et propter probatam insignem calamitatem solvendo non est, beneficium cessionis bonorum omnino competat e), tamen contra eam, si molliter et luxuriose vivens bona sua dilapidavit, poenae illae aduersus decoctores aliosque debitores in iure patrio hamburgensi stabilitae f), quum sine vlla restrictione minatae sint, omnino locum habent g). Feminae mercatrices itaque ob debita contracta,

d) Die Anmerkungen über das Hamburgische Stadtbuch in der zwoiten Abtheilung §. 161.

e) WESTENBERG in principiis Iuris secundum ordinem Digestorum Tom. 2. Lib. 42. Tit. 3. §. 4.

f) Ius Hamburgense P. I. Tit. XLI. art. XIII, und Tit. XXXXIII. art. I. die neue hamburgische Falliren-Ordnung art. CII. et CIII.

g) Die Anmerkungen über das hamburgische Stadtbuch a. o.

tracta, si soluendo non sunt, sub iis restrictionibus, sub quibus mercatores ad carcerem redigendi sunt, omnino etiam incarcerari possunt. Sic quoque iis in locis, vbi *obstagium* adhuc in usu, dubium non habet, quin femina mercatrix pecuniam mutuo sumens sub hoc vinculo se valide obstringere queat, factaque denunciatione de obstagio servando ad illius ingressum teneatur, nec exceptione, quod curatorem ad promissionem datam non adhibuerit, ab hac obligatione se liberare queat *b)*. Quoniam autem obstagium *i)* in integro Imperio Romano germanico plane sublatum et tantum Holsatiae ex legum imperii expressa confirmatione in usu manserit *k)*, quoque ibidem tantum quaestio, vtrum femina sub obstagio obstricta ad ejus ingressum teneatur? tantum obuenire potest, ibique autem illam affirmandam esse censeo.

### §. XVI.

#### *Quatenus femina mercatrix gaudeat beneficio Restitutionis in integrum?*

Quamuis femina Hamburgensis et Lubecensis aliaque ad validitatem negotiorum curatore opus habens ex contractu absque eo celebrato plane non teneatur *a)*, et probata laesione ad exemplum minorum in integrum restituenda sit, vti pluribus docet STRYCKIUS *b)*, tamen in femina

merca-

*b)* MANTZEL *c. l. Th. 17. n. 3.* *verschiedener Rechtsmaterien im ersten Stück p. 173. seqq. vid. quoque ejusdem Grundsätze des teutschen peinlichen Rechts §. 440 & 441.*

*i)* *Ius obstagii* quoque olim in Megapoli erat in usu, *vid. Reversales de 1621. §. 20. quod exemplis probat b. MANTZEL in dem Bützonschen Rubestunden Th. 14. p. 23.*

*k)* *Instr. Pac. Osuab. art. VIII. § V. R. I. N. de 1654. §. 177.* Plura occurrunt in *Ill. Du. HELLFELDII Repertorio Iuris privati p. 1409. et Du. Praesidis Beiträgen zur Erleuterung art. 4. n. 11.*

F



mercatrice Hamburgensi haec cessare, eamque ad beneficium restitutionis in integrum in negotiis ad mercaturam pertinentibus haud prouocare posse, dubium non habet (§. IX. et XII.) Quum etiam mercator minor in rebus mercaturam spectantibus facultate contrahendi plenaria gaudeat, nec laesus ex capite minorennitatis restitutionem in integrum impetrare possit c), de femina mercatrice, modo pubes sit, eadem dicendum esse, identitas rationis suadet d). Sed adhuc alia quaestio, quantum scio, a nemine ventilata exurgit, an scilicet femina mercatrix, quando ex negotiatione et mercatura haectenus peracta damnum sentit, restitutionem in integrum petere queat? Ob maximam analogiam, quae hoc loco inter feminam mercatricem et minorem veniam aetatis impetratum interuenit, quoque eandem distinctionem, quae quoad hunc ad restitutionem in integrum impetrandam valet, ad illam omnino applicandam esse puto. Quum enim minor contra factam impetrationem veniae aetatis non quidem quoad actus praeteritos, omnino autem quoad actus futuros restitui queat e), quandoquidem ex illis, non autem ex his jus tertio semel quaesitum competit, quod ipsi per minoris variationem adimi nequit f), sic quoque femina mercatrix tantum quoad actus futuros se iterum curatori subicere eumque praevia nominatione a magistratu competente petere potest. Quo facto, femina, olim mercatrix, quoad validitatem negotiis in posterum conciliandam curatore simpliciter opus habet, et sic, uti aliae feminae suae ciuitatis quoad effectus obligationum ciuiles iterum pro minore habetur g).

c) LEYSER *Spec. Co. n. 6. MEVIUS*  
c. 1 P. 3. *Tit. 6. art. 21. n. 26.*

d) MANTZEL *c. 1. Tb. II. n. I.*

e) *arg. L. 1. C. de his qui veniam*  
*aetatis impetrarunt. v. „Eos qui veni-*  
*am aetatis a principali clementia im-*  
*petrauerunt, etiam si minus idonee*  
*rem suam administrare videntur, in*

„integrum restitutionis auxilium imper-  
trare non posse, manifestissimum est,  
ne hi, qui cum eis contrahunt, principali  
auctoritate circumscripti esse videantur.

f) BERGER *in Oeconomia Iuris*  
*Lib. I. Tit. 4. Tb. VII n. VI.*

g) *Ius Hamburgense P. I. Tit. IX.*  
*art. I.*



MONSIEVR,

*A l'occasion de Votre promotion prochaine, je suis enchanté, de pouvoir Vous présenter mes très humbles respects et Vous féliciter de tout mon coeur, à ce jour si solennel pour Vous.*

*Après en même tems, je Vous en supplie, mes très humbles remerciemens, pour toutes les preuves de Votre amitié, dont Vous avez bien voulu d'aiguer m'honorer, durant Votre demeure ici; qui m'ont été d'autant plus agréables, comme arrivant ici, Vous étiez le seul compatriote que mon bonheur me fit trouver ici, soyez persuadé si j'ose Vous en prier, que j'en suis pénétré de reconnaissance, et que je regrette vivement, de ne pouvoir Vous donner des marques plus éclatantes de mes sentimens, que de Vous prier de me croire*

VOTRE

Butzow,

le 1er. Decembre, 1779.

*très humble et très obeissant Serviteur.*

CHARLES FREDERIC KNORRE.



VIRO  
PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO  
REIMBOLD,  
IVRIS VTRIVSQUE CANDIDATO DIGNISSIMO  
S. P. D.

C. G. OLDENBURG,  
OPPONENS.

*Summo gaudio affectus sum, quod honor mihi contigit in conversationem TVAM venire, et huc usque TECUM versari, quae conversatio vero, quod summopere doleo, mox ad finem perducetur. Interim TIBI gratulor de nova Licentiati dignitate TIBI mox cum laude conferenda, atque in posterum me TVAE amicitiae commendo, ne me obliviscaris, dum vitam vivas. Buetzowii, III. Calendar. Decembris, MDCCLXXIX.*

CORRIGENDA.

- P. 4. lin. 18. loco *praemissi*, leg. *praemisi*.  
P. 7. not. 1. loco *femirarum*, *feminarum*.  
P. 14. not. c. loco *Tit. 1.* legendum *Tom. 1.*  
P. 15. §. VII. lin. 1. post verba *curatoris auctoritas*, addend. *et consensus*.



vd18

ULB Halle 3  
005 353 157



SL









B.I.G.

Farbkarte #13

7.

18

DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA  
DE  
**FEMINA MERCATRICE**

AD  
*Tit. VIII. P. II. Art. I. Iuris Hamburgensis*

QVAM  
AVCTORITATE  
ILLVSTRIS IN ACADEMIA FRIDERICIANA  
IVRECONSULTORVM ORDINIS

PRAESIDE  
**DN. IOHANNE CHRISTIANO  
QVISTORPIO**

SERENISSIMO DVCI REGNANTI A CONSILIIIS IVSTITIAE, IVRIS  
VTRIVSQVE DOCTORE ET PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO  
ET AD HVNC ACTVM DECANO

**PRO LICENTIA**  
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES  
RITE IMPETRANDI

H. L. Q. C.  
ANNO MDCCLXXIX DIE XXI DECEMBRIS

PUBLICAE ERVDITORVM DISQVISIONI  
SVBMITTET



AVCTOR  
**DANIEL REIMBOLD**  
HAMBVRGENSIS.

BVETZOVII, 1779.

P. 264